



HOUDRY
BIBLIOTHECA
CONCIONATOR

3

BX1757
H6
v. 3

07867A
21



EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



1080016018

R. P. VINCENTII
HOUDRY
E SOCIETATE JESU
BIBLIOTHECA
CONCIONATORUM
MORALIS EVANGELICA,

Ethices Christianæ præcipua continens argumenta; ordine Alphabetico
digesta, & Supplementis suo loco positis adaucta:

è Gallico sermone in Latinum translata.

EDITIO NOVISSIMA, cui nunc primum adjectus est TOMUS POSTREMUS
continens duas Tabulas, seu duplices Sermonum, Argumentorumque
Adumbrationes, quæ usum Operis univèrsi faciliorem efficiunt.

TOMUS TERTIUS.

L—P



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria



VENETIIS MDCCLXXXVI.

EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.

6X 1757
46
1.3

R. R. VINCENTINI
BIBLIOTHECA
CONGREGATIONUM
MORALIS EVANGELICAE

Tomus Tertius
L. P.



Biblioteca Universitaria
Università di Padova



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ



VENETIIS MDCCLXX



INDEX ARGUMENTORUM.

Contentorum in hoc Tertio Tomo.

L

LEX EVANGELICA, lex nova, sublimitas mysteriorum ejus, disciplina illius sanctitas, Jesu Christi doctrina, Evangelica essentia &c. pag. 5.
LIBRI, Lectio; boni praveque libri; fructus, qui ex illis hauriri potest, & detrimentum, quod afferunt isti. Lectio spiritualis &c. 23
LICENTIA. Effusa in omni intemperantia libidinis; incomperti mores, Bacchanalia. Solutior aequo vita. 32

M

MATRIMONIUM. Matrimonii sanctitas. Officia, & obligationes huic statui inhærentes &c. 47
MENDACIUM. Duplicitas, Calliditas, Bona fides, sinceritas, Christiana simplicitas. 64
MISERICORDIA DEI. Confidentia in hac misericordia. Præsumptio Misericordiam. Diffidentia, & desperatio &c. 76
MODESTIA. Compositus oris habitus. Immodestia. 109
MOLLITIES. Vita mollis, & voluptaria. Commodorum perquisitio. Evangelicorum legum temperamentum &c. 121
MORBI. Bonus eorum usus, atque ad animæ salutem utilitas &c. 136
MORS. De morte generatim. Cogitatio mortis. Certitudo mortis. Incertitudo, quo tempore, & in quo statu morituri simus. Status, ad quem morte redigimur &c. 152
MORS BONA ET MALA. Præparatio ad mortem. Varii justorum & peccatorum sensus in Morte. 179
MORTIFICATIO. Corporis mortificatio. Austeritas. Vita poenitens &c. 209
MUNDUS, Vanitas, inconstantia, fragilitas rerum hujus Mundi; illius gaudia, voluptates &c. 229
MUNDUS. Mundi flagitia. Mundi placita. Pericula pereundi in Mundo. Amor Mundi. 245

O

OBEDIENTIA. Obedientia cum Religiosa, tum ea, quam inferior quilibet & subditus Superioribus, Magistratibus, omnique legitime debet potestati, cui Deus illum subjecit. 263
OCCASIO. Fuga occasionem peccati. Occasio proxima & remota. 284
OFFICIA. Quid quemque deceat in Mundo, ac statu suo. Consensus officiorum urbanæ vitæ cum religionis officii. 295

Handy Bibli. Tom. III.

A 2

Org.

008871

OPERA. Bona opera, & actiones bonæ; harum meritum, & necessitas. 309
 ORATIO. Necessitas, virtus, conditiones orationis &c. 330
 OTIUM. Labor. Negotium. Otii fuga. Necessitas, qua fideles omnes operantentur, 363

P

PAUPERAS. Paupertas spiritus. Paupertas voluntaria, & religiosa; ejus bona &c. 380
PAX. Pax cordis. Fallax pax Peccatorum. Pax ex bona conscientia profecta. 393
PECCATUM MORTALE; ejus enormitas, effectus, & quidquid ad hoc pertinet argumentum. 409
PECCATUM VENIALE. 430
PERSEVERANTIA. Perseverantia in virtute, & pietate. Inconstantia in bono &c. 450
POENITENTIA Virtus. Necessitas, efficacia, & conditiones poenitentia &c. 462
PRECEPTA DEI; eorum observandorum obligatio; obedientia legibus supremi hujus Domini debita. 491
PRÆDESTINATIO. Reprobatio. Exiguus electorum numerus &c. 503
PRÆSENTIA DEI. Praxis præsentia Dei. Effectus, quos in anima gignit &c. 523
PROCRASTINATIO Poenitentia. Poenitentia ad mortem dilata suspitione non vacet, & saepe inutilis est. Impoententia finalis &c. 536
PROSPERITAS. Prosperitas iustorum, & iniquorum. Pericula; & mala prosperitatis. 559
PROVIDENTIA DEI. Cura, quam gerit necessitatem spiritualium, atque temporarium hominum. Confidentia, quam in illa habere debemus; & submissio illius consiliis, atque imperiis præstanda. 573
PRUDENTIA. Prudentia christiana. Prudentia sæculi. Vera, & falsa prudentia, Politica &c. 593
PURGATORIUM. Pœnæ, quæ ibi perferuntur. Charitas erga defunctos. Preces pro mortuis. 608



BIBLIOTHECA
 CONCIONATORIA.

LEX EVANGELICA.

Lex nova, sublimitas mysteriorum ejus, disciplina, illius sanctitas, Jesu Christi doctrina, Evangelica esset, &c.

M O N I T U M.



Liquid jam de hoc argumento deliberavimus, ubi sermo fuit de mandatis Dei in lege veteri irrogatis, atque illustratis in veteri; sed cum ibi locuti sumus de obedientia erga legem generatim quin veteri, nunc nova peculiariter meminimus, istic singularem de Evangelica legis præsentia, & sublimitate verba facimus, de illius dignitate supra legem a Moysè latam, & quatenus hæc tamen nequaquam esse repetemus, quæ alibi dicta sunt de Evangelii promulgatione, de Ecclesiæ sententia, & supremi hujus legislatoris lex nimia luce patens argumentum videatur, novum tamen non est, immo compendiosum quodammodo est sermonem omnium, qui unquam habiti fuerunt. Admonendum dumtaxat est, legem Evangelicam auctoris nobis considerari posse, vel tanquam impressam, insculptamque cordibus fidelium, quæ in sensu S. Paulus, & post illum sancti Patres sere semper illam accipiunt; vel tanquam scriptam in divino volumine, quod Evangelium dicimus; ac in aliis libris, qui novum testamentum componunt; Quoadmodum vero altera quidem medium, altera finis est, utraque confunditur, cum de nova lege sermo est, non licet ac nomina Evangelii doctrina, legis, & religionis; magistri, legislatoris, auctoritas quod nullam parvam debet confusorem in sermonibus, qui de hoc argumento fient, quia hæc omnia Evangelicam legem, ejuque auctoritatem respiciunt.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia sermonum hujus argumenti systemata.



DEI Filius cum in terram venit futurus hominum Salvator, propter hujus tituli gloriam illum etiam assumere debuit magistris & legislatoris, ut doceret eos vias salutis; eisque leges irrogaret, ut illos ad beatum hunc finem deduceret. Itaque utrumque ille officium exercuit verbo, & exemplo doctrinam profus coelestem illis tradens, atque legem novam constituens, quæ medium esset necessarium, & inevitabile ad æternam beatitudinem consequendam. Doctrina, quam ille docuit, & prædicavit, continetur in Evangelio, quod simul est lex ejus, quam Spiritus sanctus primum scripsit in cordibus, & quam Apostoli mox in omnem terrarum orbem protulerunt; sed in transfigurationis mysterio hic Homo-Deus declaratus fuit hominum doctor, & legislator æterni Patris sui voce, quæ palam in Thabor audita fuit. De hac autem lege animus fert ad vos loqui, ut illi volumet subjecit hilariter, eamque fideliter adimpleatis. 1. Equitas hujus legis. 2. Illius servande facilitas. 3. Fructus, atque utilitas, quæ ex ejuisdem observatione procedunt, nobis persuadere debent illam legem omnium iustissimam esse, iacillimam, utilissimamque. Hæc erit sermonis partitio. Pars prima. Hæc iustissima lex est, quæ fuerit unquam; quia nobis fundet interiorem, exteriorumque cultum, quem debemus Deo, obedientiam, & submissiorem magistris, ac superioribus nostris: charitatem erga æquales, lenitatem, & indulgentiam erga subditos, nosque ipsos ad altissimum perfectionis gradum adducit. Hæc, mea quidem sententia, generatim ad omnia iustitia genera spectant; quod facile est in lege Evangelica probare nobis sigillatim hæc omnia officia præscribente, atque imperante, ut illa fideliter obeamus; ita ut omnis & publica, & privata felicitas unice adhaereat exactæ omnium præceptorum, quæ in lege hæc continentur, observantiæ. Hinc sequitur illam perfectissimam esse, sanctissimam, ac præ legibus omnibus nam recte rationi maxime conformem. 1. Si comparetur cum Philosophorum, aliorumque legislatorum institutis, qui virtutis, aliaque permiserunt mala, quæ optimas evertere poterat regulas, quas ab ipsis fuerant constituit. 2. Cum lege veteri per Moysen Judaico irrogata populo, quæ licet a Deo profecta, bona, iusta, sanctaque esset, plurima tamen ferebat ob duritiam cordis populi epulenti; præterquamquod non aliud erat, quam præparatio, & dispositio legi Evangelicæ, quæ toto celo sanctior est, atque perfectior. Quia licet humana sit accommodata imbecillitati, nihilque præter vires nostras præcipiat, omnia tamen peccati genera prohibet, eoque radicatum convellit imperans affectuum nostrorum mortificationem, & non exteiores dumtaxat actus prohibens, verum etiam inhxonestas cogitationes, iniusta, & voluntaria desideria proscibens. Deinde virtutes cæ in perfectione præscribit, quam alia leges nunquam attingerunt, humilitatem cordis, spiritus pauperitatem, inimicorum amorem, simileque virtutes, quibus Christiani ad eminentem perfectionem attolluntur, sed quæ ceteri legislatores na de nomine quidem cognoverunt. Pars altera. Hæc lenissima est, atque facilissima præ ceteris legibus, quæ observetur, quamvis multa præcipiat, quæ gravia, & natura corruptæ contraria videntur; puta, sensuum, affectuumque eorum mortificationem, qui æquiores videntur; sui ipsius abdicacionem, autemque poenitentia severitatem. Stenim postquam ostensum fuerit præter paucissima præcepta nihil nobis juberi, nisi quod naturalis lex inevitabili necessitate præcipit observatum, satis est illam i. Cum veteri lege conferre, quæ infinitis repleta est legalibus ceremoniis, & quæ eam non præbet gratiam, auxiliumque, quod ad Evangelicam legem nobis confertur; quamobrem illa quidem lex dicitur severitatis, hæc autem mansuetudinis, & charitatis eo usque, ut omnia illius præcepta ad solam redigantur, ac referantur charitatem. 2. Lex hæc lenis est, & facilis si cum mundi legibus conferatur, in servitium redigentibus eos, qui se ipsam subijciunt. 3. Quam gravior est lex affectuum nostrorum, ambitionis, avaritiæ, ipsarumque voluptatum nostrarum. Tertia pars. Bona, quæ lex Evangelica nobis procuravit: libertas filiorum Dei, medium semper vivendi in hac vita contentos, omnibus humanis casibus resistendi, atque æternam felicitatem acquirendi &c. humanae leges contentum sunt propter tranquillitatem, ac temporalem reipublice felicitatem, necnon ad subditorum beatitudinem; sed præterquamquod lex Evangelica una omnium maxime apta, immo etiam necessaria est fovenda in regnis atque rebuspublicis paci. Illis etiam, qui fideles ejuisdem observatores extiterint, æternam spondet felicitatem; eos regit, atque beatæ pacis promissione recreat, & solatur.